Emit Philippus Jacob^o^ Abbas
1761.

M

Quod in primis coegit antiquos de natura ciborum disputare
studium fuit sanitatis et egritudinis et investigatio earum
custodiendarum vel curandarum. Huius autem studio due cause
fuerunt necessarie. Una in nutriendis corporibus qua regantur et
confortentur et restaurentur quod corpora ab ipso innato calore et aere exteriori dis-
solvuntur. Unde necesse fuit supplere deperditum virtute cum cibis eis congruis.
Altera quia quedam expectant inconvenientia quod complexionibus corporum sunt contraria. Cum
enim dissoluta omnino sibi similibus necesse habeant reparari. Postmodum cum non reparantur
ex toto similia nature. ex cybaria non omnino corporibus humanis sunt similia. per se non corporibus
humanis assimilantur et sic in sanguinem mutantur. Post traducuntur in membra corporis
nutrita et assimilata. Pars altera id est fex cibi expellitur a corporibus unde quod est superflua
nec corporis et nutrimenti. Cumque nature huiusmodi inequales sint in calore et frigore humi-
ditate et siccitate virtutis delectione raritate et spissitudine. Quedam enim puri sanguinis
dominantur. alius colera sive fleuma. singulis singula participantur. Alius pori cutis spissi. in
dissolutione sunt duri. Alius rari et cito dissoluti. Alius omnia membra
sana. Alius quedam infirma. Cum hec igitur omnia a deo sint divisa compulit nos
ratio ipsa divisorum ciborum cognoscere naturas ut singulis daremus singula. Suis
nature convenientia. Sanus scilicet similia ex natura potius non dissimilia. Intentio
enim medicorum et perfectio actionis eorum est temperamentum et regimentum naturalium complexio-
num in equalitatibus earum consimilibus ciborum et reductio earum complexionum temperamentum
exeuntium cum dissimilitudine ciborum et minoratione malarum complexionum.
Verbi gratia Quibus sanguis dominatur clarus et mundificatus cibaria temperata in quali-
tate et quantitate dantur ut in generativa sanguinis substantie ei assimiletur
et non superflua emittatur a corpore. Quibus vero colera dominatur seu fleuma danda sunt
cibaria complexionibus illorum et nature contraria. que mutent et minuant complexionem
malam superhabundantem. et reducant ad mediocritatem temperatam. Verbi gratia si colera
dominatur. verum dandum cibaria refrigerantia. et male complexionis humectantia. Si vero fleuma
danda calefacientia et desiccativa. Si colera nigra calefactiva et humectantia. Sed quanti
qualitatis dandorum ciborum [illegible] opposita quantitati equalitatum malarum complexionum
dominantium. vel excedentem modum earum. [illegible] subsistente. Si enim complexio exit temperamentum
caloris [illegible] gradu uno sit dietandus [illegible] quod temperamentum unum gradum exierit. Item

in certis qualitatibus et graduum
ponderibus considerabitur. ut contempera-
ta exeuntium complexionibus secundum congruus ad tem-
peramentum reducantur mediocritatem.
Palam quod est intelligere inter duarum complexio-
num extremitates intemperatas unam esse
mediocrem temperatam. Inter duo quoque ciba-
ria intemperata opposita unum esse me-
diocre temperatum. Temperatis quoque complexio-
nibus cibaria temperata et omni mala qua-
litate carentia necesse tenere. Qualibus
complexionibus et intemperatis [illegible]
scilicet cibaria sibi similia dari inutile
est. cum male ille complexiones meliores
reddende sint et temperatiores. Omnis si-
quidem mutationes rerum contrarie oppositis fieri
necesse est. Omne quoque temperamentum duobus
modis dicitur. Unum naturale et aliud
accidentale et equale. Unum est secundum
cursum naturalem et inter certas medio-
cre extremitates ut medium sit inter
caliditatem et frigiditatem et humiditatem et lenitatem
et asperitatem et alia. Equale quoque
temperamentum est ad operationem omnium
complexionum que extra naturam sunt. Verbi gratia
si quis colericus sit. cuius complexionem calor et
siccitas dominatur huiusmodi temperamento utile est ciba-
rium frigidum et humidum repugnans et refrige-
rans calorem accidentalem et humectans
siccitatem et ad mediocritatem et tempera-
mentum eum reducens. Temperamentum quoque

cibariorum non modicum differentiam palam est in-
telligere. aut non quiescens et assimilat-
est sane complexioni ut nutriat et
augmentatum sanum sit. aut contrarium et
oppositum ei cuius complexio temperamentum eri-
git ut reducat ad mediocritatem.
Hunc autem modum intelligimus in etate
temporibus regionibus artificialibus
consuetudinibus. Nullus non physicus am-
bigit temperatum cibum alterum esse iuve-
num quam seniorum. In vere alterum esse
quam in autumpno. In hieme alium
quam in estate. In regione septentriona-
li alium quam in australi. In exercitatis
quoque laborantibus alium quam in quiete et
silentio viventibus. laborantes et
exercitantes expetunt cibum grossiorem
et ad digerendum duriorem atque ad di-
ssoluendum tardiorem. Quiete vero
et in silentio viventibus congruo temperato
est cibus subtilior et ad digerendum
velocior et ad dissoluendum de membris
facilior. Ideo non etiam de corporibus intelli-
gamus secundum oppilationem pororum et rari-
tatem eorum. Si enim pori sint rari
et fumositates facile dissoluuntur cibi
in quantitate multi sunt dandi. In
quantitate vero grossi et viscosi. ut porum mul-
titudine sui impleantur rari pori
et viscositate. tardeque dissoluantur cibi.
Si non cibus purus sit et subtilis sit. pori vero

largi atque rari non mediocri sunt quantum
plurimum dissolvuntur et ex poros egre-
diuntur velocius et ita membra nutrimento
pauperentur. Si autem cibi multi sunt et
grossi implentur rari pori et dissolvuntur
tarde neque a corporibus egrediuntur
nisi que a natura expelli coguntur. Si autem
corpora sunt opilata et non dissoluta
ex consuetudine dantur cibum parvum
in quantitate subtilem in qualitate. Cibus
enim multus et grossus in pororum opila-
tionibus coadunatur et ex hac digestionis
membrorum superfluitatibus tanta materia
habundat ut securi sumus quod
in diutinum morbi generantur maxime
nervorum dolores et articulorum. Si autem
subtilis sit cibus cito de subtilibus poris
egreditur nec remanet in corporibus nisi
quantum nutriendis membris a natura expetitur
et sic corpora in sanitatis sue statu
sunt. Constat ergo antiquos de
naturis ciborum disputasse intendentes
ut cibi tales essent qualis et quanta
de corporibus dissolvitur. Unde non tantum in-
telligere naturas ciborum in sanitate
servanda et custodienda sufficit.
nisi et corporum capientium eos naturas
intellexeris. Naturas enim ciborum solum
perfectissime intellectus corporum vero
suscipientium neglectus non completus
exquisisse perficit imo plenarie in-

quod non solum considerare cibaria sed eciam corpora quibus ministrantur

tentione custodiende sanitatis
in sanis et reddende infirmis. Corpora
enim multum sunt diversa et in complexi-
one compositione. Unde et secundum diversitates ex-
hibenda sunt cibaria diversa. Consulitur
ergo necesse ad corporum extrahendas diversi-
tates ut intelligamus qualia sunt larga
et rara qualia vero opilata et stricta
Complexiones quoque cuiusque corporis sunt extrahen-
de totius autem membrorum singulorum singule
sunt membrorum singulum secundum quod expediret
fuit. Sed non fuit. Sed alia tota corporis
calidi invenimus solum vero [illegible] et
econtrario sic in ceteris membris intelligendum.
Intentio vero antiquorum in custodienda sa-
nitate in sanis et reddenda infirmis
eadem fuit tamen non indiscreta. In sa-
nitate enim servanda infirmis eadem
intendunt, id est semper esse reddendum per
contrarium sive de plenitudine inanien-
do et econverso evacuando sive de calore infrigidan-
do et econverso sic in ceteris. In dieta vero non
inspirationi membris ? simile
sic. In dieta vero intendit simile esse et
convenibile tempore complexioni et contrarium
vero complexioni quod esse videtur sit. Item
intendunt [illegible] et perfectum ut cibaria pri-
mum in stomacho deinde in epate essent digi-
bilia ut quod de hiis ad cetera membra
venerint ad perfectius sunt faci-
liora et convenibilia singulorum mem-
brorum complexioni cito quoque convertibilia

alia littera habet non id est non fuit eadem

2

in assimulatione uniuscuiusque membri.
Omne enim conuenibile nutrimentum contraria
corrumpit et destruit. Unde quelibet ci-
bus cuiuslibet animalis et contrarius fuit aut non
quia ab eorum comeditur aut cum nulla delecta-
tione decoquatur. Unde Galenus qualescumque cibi
et animalis seu arboris si cibi est conueni-
bilis augmentatiuus et nutribilis aliquem
necesse est habere affinitatem et amicabi-
litatem cum suscipiente. Ubi Galenus dicit
aque natiue arborum uel herbarum assim-
ilatiua. Fenum et ordeum equorum et asi-
norum assimilatiua. Caro cruda leonum
panis perfecte coctus et caro humane assi-
milatur complexioni. Unde elleborum uidemus
cibum coturnicum et aliquantum passerum
orobum; lolium; sine aliquo nocumento
eorum. Patet autem dubio hominibus nociua
sunt. Propter hoc autem quosdam inuenimus
homines cibos quosdam bene digererent
aliis plurimis indigestibiles. Propter quod
quia cibus ille non suscipientis amicatur
uel ex quibuslibet suorum accidentibus cibum non
propter bonitatem suam digerere adiuuantibus;
de ex qua occasione loco suo competenti
dicenda.

Conueniunt in hoc antiqui quia
cognitione ciborum duobus modis
fit; experimento uel rationibus. Nulli
enim dubium est quin experimento sciatur
uelocitas digerendi seu tarditas
bonitas quoque cibi siue malignitas
tas secundum conueniat sibi non; solubilis siue
uentris; siue non. Sed si experimentalis sciant
non tamen currunt causis rationibus. Alioquin in
dubium et insipienciam cadunt ipsorum.
Ciborum secundum actiones seu passiones in cor-
poribus modis diuiduntur. Unde ex diuersa ci-
borum qualitatibus in se. Alter ex simplici-
bus et eorum compositionibus. Tercium ex accipien-
tium dulcitatibus et quomodo accipiatur.
Eundem enim cibum quibusdam inuenimus
contrarium; quibusdam non. Quibusdam uero stipti-
cus, quibusdam solutiuum. Unde et quod et Galienus con-
firmat. Quidam medici carnem
uaccinam et aliam grossam adingendo tar-
de bene digerunt et citius quam porcinam et ga-
llinae et pullorum; seu laudabilium
piscium. Similiter uidemus mel quibusdam lau-
dabile et conuenibile affirmantibus
illud solutionem eis facere et ita sanita-
tem prestare atque custodire. Aliis uero
contrario facientibus dicentibus sibi esse stip-
ticum nociuum ut potest infirmitatem
generatiuum. Lentes quoque et caules non omnibus
sunt stiptici sed quibusdam aliis contraria. Unde
absolute non de quibus est dicendum
nociuum esse cum sit uariatiuum. Soluble
seu stipticum amicus suo seu inimicum
non prius corporibus modis inuestigantur. Unde
ut non qualitatem contrarium corporum; cibum
illum suscipientium et complexione corporis

eorum. Secundum diversitates ciborum et me-
simplicitates quoque vel compositiones eorum.
Tertius quia an cibus sive mutabilis
sit in suscipiente. Quibus sufficienter
investigatis que querimus facile et in-
venitur et qui cibus alius conveniat.
alius non conficitur.

Omnium humanorum corporum natura
duplex et divisa. vel non ex compositione
ex natura vel ex complexione. vel ex actionibus
quam naturam patitur stomachus. Et compositione
duplex. In omni enim corpore in furcula
dividuntur ex felle due. Unum maius
altero. Maior autem vero et in pluribus
ad intestina dirigitur. Unde et multa
colera a felle descendens in eis precipitur
(colica supple)
que necessaria expetunt. ut que ex fecibus
ciborum adunatur expellat ab intestinis
colera mordens intestinorum. tamen non
ad decidendas feces se movent. Om-
(i. fundum)
nis ad os stomachi venit. cum colera
immoderate incidit quibus advenit
indigenorum ciborum. et quando sine humi-
ditatis ideo coadunatur mundificet.
Hi autem in hominibus dividitur alius ut
minus ad intestina veniat. aperietur
eis parva colera. Unde et acto colera de-
ficiat in intestinis et durent in illis
locis flatus. et ingresse et in alvum quod
digeritur et feces velociter egerit. prohibent
et sepe excidere durescunt. Unde et pli-
mi incidunt in passiones colicas
ex grosso flatu nascentes et habun-
dant in intestinis rugitus et castari-
tes et silia. Maior autem in stomacho veni-
(colere supple)
ens multam ibi mittit quantitatem. ut ipse
(ciborum)
sentiens subtilium et velocitatem digerendorum
patiens in stomacho corrumpens et grossa
dure digerentia velociter et perfecte digerunt.
Grossus enim cibus repugnat multe
(ad ustionem supple)
colibus et quod ea indurat et inobedient
(scilicet cibo)
efficitur ut caloris actiones ideo com-
(grosso)
plecant. Unde perfecte digerit levis vero et
subtilis cibus propter inconstabilitatem et velo-
citatem non potest repugnare quod in
stomacho multorum colera quantitati iecto
in illo mutatur et colibus assimilatur
eis quod invenitur. Unde quidam colicam eorum com-
plexionem et quamvis flaticam sunt arbitran-
tur. Quod possibile est ut complexio sit flati-
ca et quam multa de colera quantitate in
stomacho adunantur propter maius furculum a
felle ad stomachum venientis. Item possibile est
ut complexio corporis colica sit calidissima
et que in stomachum adunantur colera sunt
parva quia os a felle veniens strictum est
et parvum. Caloris enim complexionis cor-
ca est multitudo colere sanguinis commix-
te quam per totum corporis membra est dicta. Et
multitudinis colere in stomacho. Causa est lar-
gitas oris maioris in stomachum a felle
venientis. Aliorum vero hos largum est.

Hec et in aliis vincentibus ... magna parte colore ... ad stomachum ... naturam ... corporis ... carnes ... digestio stomachi potest digerere

et colera sanguini commixta que per
totum corpus dividitur. Aliter propter
hoc ad stomachum evenientia sunt multa
et in complexionibus contraria: propter tamen coleram
et alia colera sanguini commixta sunt
multa. et os a felle ad stomachum veni
ens strictum. ex quo colericum
venit primum. Unde et complexio colerica
est et calidissima. Sed stomachi dissimilis est.

Diversitas vero corporis est etiam
vel complexione duplex est.
Quibusdam enim calor complexionibus dominatur
naturalis suam actionem. Quorundam vero complexionibus
frigiditudo naturalis suam actionalem dominatur. Et
quibus calor dominatur cibus subtilis ad stomachum
eorum veniens a stomachi calore elevatur
ad superiora stomachi. Causa sue levitatis
et permanet ibi natans circa par
tem stomachi nervosam. longe a loco co
ctionis remotum. locus enim coctionis
in stomacho locus carnosus est inferior
vicinans calori epatis et fellis. Cum
ergo cibus ille aliquamdiu permanet
in stomachi superiori loco. calescit et ebullit
per fumum ad ipsum ab inferiori par
te stomachi ascendentem et mutatur
in genus colicum. incendens et generans
in ore stomachi morsuram dolore et
siti forte. ex fumosam eructua
tionem. Cum autem hiis naturam frigidis ad
stomachum veniat cibus grossus et

ad digerendum durus. repugnat ca
lori grossicie sua. descendens
gravitate sua ad inferiora. et qui
escit in loco coctionis stomachi. con
fortans in eo actionis caloris nil
ut digeratur est quod oportuit. Quod
si frigiditudo quibusdam dominetur complexionibus
cibus eorum veniens in stomacho duobus
corrumpitur modis. Aut enim ex ven
tositate flatus et humiditate sub
cat. et antequam digeratur descendit
ad intestina. quod si humoribus mun
da inveniat, velociter exeat ne
cesse est. ex non quiescat ibi. Si autem
in intestinis quosdam humores fla
ticos invenit. immorans in eis
ad digerendum indurescit (i. tardat). mutans
se ibi et corrumpens. generans tortu
ram, dolorem (i. dolorem intestinorum) inflationem et rugitum
in intestinis. Aut crudescit in
stomacho propter defectionem caloris cognati
et mutatur in acidum et putorem (i. fetorem).
generans inflationem. rugitum aceto
sum et putridam ructationem. Quod si
putor ructationi dominetur, in melica
signum. Quod si acidum, flatus principium
habet et in hominibus dirigantur eque
dulcis flatus. Flatus namque v modis
dividitur. Est enim tamen sapore et
si nil est eque humectans in omnibus
membris dividenda toti corpori

i. venis

Nota stomachus est nervosus propter con
servacionem [illegible]
[illegible]

Nota est locus coctionis
in stomacho est carnosus

per viciniatatem suam ad naturam
sanguinis. Unde et natura appetit illud
flegma in corporum nutrimenta per necessi-
tate sibi imminente. Cum corpus sanguine
minoratur. Iuvatur autem ex hoc fleg-
mate corpus ut transglutienda tran-
glutiat facilius. Et ut articuli
et concatenationes facilius moue-
antur et cibus toto corpore lubricetur.
et expellenda expellantur. Est et
altera species flegmatis que dulcedini atti-
net significans calorem naturalem flegmati
dominantem, digerentem quoque et mutan-
tem illud in dulcedinem. Est et tertia
salsugini attinens et nitrositati
significans minimum calorem dominan-
tem flegmati et mutans illud in sal-
suginem et nitrositatem. Unde hec
species flegmatica sitis generativa est pota-
tionis aque et minorans appetitum ciborum.
Est quarta pertinens acedini
et colere nigre vicina frigiditatem ni-
miam flegmati dominantem significans ex-
cedendo ipsi flegmati obviantis et in a-
cedinem ipsum mutans. Et ideo hec species
flegmatica appetitum aque minoratam
et desiderium cibi augmentatam. Est
et quinta que et cognominatur vitrea quia albi-
tudini vitri est assimilata. De disputa-
re nimia expetit hec necessitas non
n. nutrit corpus nec mutat sucum.

sicut cetere flegmatice species. Nec obedit
aliis actionibus nature propter grossitudinem
et frigiditatem suam. Similiter et
colera in .iiii. dividitur multiplicia. Est enim
una que vocatur rufa cuius color est
inter rubeum et citrinum. Et hec naturalis
est species cuius inhabitatio est fellis
saccus. Natura enim hanc odio habet
propter amaritudinem et acumen suum;
unde et in unum reducit locum.
Nec mandat aliquid sicut sanguinem;
nisi quantum necessitas expetit ad appetitum
confortandum in qualibet parte corporis.
Sic et ipsi natura melancolicos expressit
humores et in splene inclusit ne
commisceret sanguini nisi quantum neces-
sitas ad confortandum contentivam virtutem
in quibus membris corporis. Est et secunda
species extra naturam in suo humidam et
hec dividitur quadrifaria. Alia enim
vitellina que in colore vitello ovi
est assimilata. Alia citrina que colorem
croci assimilat. Alia prasina que
colorem prasii assimulat. Quarta
est eruginosa quia eris. Vitellina
vero et citrina minorem habent calorem
et siccitatis quam rufa, quia cum eorum est humi-
ditas flegmatica colere commixta. Se-
cundum citrina fortior est in calore quam vi-
tellina. Commixta enim est levior que
humiditas flegmatica se commiscens

Differt citrina a vitellina quia vitellina est ex grosso flegmate citrina ex subtili

Nota quod citrina est calidior vitellina

4

subtil(ia) sunt & parua. unde & calor q(ui)
fortat(ur) & liquor subtiliat(ur). Piscium
au(tem) & erugi(n)osa calidiores & sicciores
sunt i(n) aliis. Ca(usa) en(im) eius est q(uia) c(al)or
est. q(uia) c(um) i(n)ueniat colam ad sto(machu)m
descendente(m) incendit ea(m) & comburit.
Vn(de) & pessima sunt & molestissima.
& ta(men) erugi(n)osa peiora & corrupti
biliora. Vn(de) velocit(er) destruunt et
mortificant. Cibus n(am) corru(m)pitur
ex accidentib(us) q(ui) ex(tra) na(tura)m patit(ur) s(e)c(un)d(u)m du
ob(us) modis. Aliu(d) n(am) est cib(us) i(n) s(e) q(ui)
q(uando) in digestione mediet(ur). S(e)c(un)d(u)m cib(us) a
comedente suscipit(ur) p(ri)ore subtilior
aut eq(ua)l(is) p(ri)ore n(on) digesto & a sto(mach)o des
cendente deprimit secu(m) cibu(m) sto(machu)m
& nec(dum) crudissimu(m). hic au(tem) q(uando) ita c(oc)t(us)
ad epar deueniat. epar q(ue) in ea(dem)
cruditate ad cetera corp(or)is me(m)bra
demittat. n(on) i(n)ue(n)it suu(m) q(uod) i(n) p(ro)logu(m)
temp(or)is ypocrisis q(uod) ypocras d(icit) ...
Vn(de) nec(esse) & n(on) sumi cibu(m) n(isi) sto(machus) mu(n)
dificato p(ri)orib(us) cib(is) & reb(us) aliis. Si(n)
n(on) cib(us) corru(m)pit(ur). Q(uando) cib(us) accipitur
& ab initio grossus. & ad digendu(m)
dur(us) & tard(us). p(ost) au(tem) subito subtil(is) &
digestu facil(is) q(ui) q(uando) ex sui levitate ci
to digest(us) sit. & exire incipiens,
a grauiori egredi p(ro)hibet(ur) rema
nens ibi aliqua(n)diu mutat(ur) in
fumositate(m) & g(e)n(er)at colica. q(ui)b(us) sto(machus)

& calid(itas) naturalis. uel in aceto
sitate(m) & putredine(m) q(ui)b(us) e(st) frigid(us). Vn(de)
oportet a cib(is) incipi levioribus. & ad
digendu(m) facilioribus. p(ost)ea u(er)o grossiori
b(us) & tardioribus. ut q(uando) descendat subtil(is)
& digest(us). n(on) offendat. a quo retinea(tur).
Rep(re)hendit(ur) a sophisticis. q(ui) eu(m)
negant q(uod) incipiat(ur) a subtili & cibo
leviore. p(ost) au(tem) grossior succedit. cibu(m)
grossiore(m) n(on) du(m) egredi. Sic an(te)a asseru
isti de cibo mediato in digestione
cu(m) ei superuenit uel eo subtilior sequit(ur)
sibi. ambo si(mu)l egrediunt(ur). Vide
hic falsu(m) opposuisse. Nos n(am) ibi
posuim(us) n(on) cib(us) p(ri)or sit subtilior
v(e)l p(ri)ori eq(ua)l(is) subtilitate p(ri)ore digesto &
exeunte. nec(esse) alteru(m) egredi ex sui
levitate & lubricitate. Simil(ite)r n(on)
cibu(m) leviore(m) seque(n)te(m) & eo diges
to p(re)cedente. expulsiua u(ir)t(us) q(ue) i(n) sto(mach)o
est exire repugnat ex grossitie
suo q(ui) n(on) actioni sue obediat. quo ad
digestione(m) expleat & lubricet(ur) mollis
fiat q(uod) tunc tand(em) u(ir)t(us) expulsiua ex
pelli adiuuat.

Diuersitas ciborum ex na(tura) eo(rum) du
obus modis fit. aut n(am) simplex
est. aut composita. Simplice(m) intendo
illam. sue ... & sui liquoris i(n) coc
tione apparentis una. Composita
due sunt n(on) (con)trarie & opposite. v(e)l n(on) ...

*Simplex cibus est ille cuius decoctio est
fac(ta) ex eo sola. compositus cibus est cuius decoctio
aliud fac(ta) quam ex eo sola ut carnes lentes*

Sapor est forma rei composite actu vel potentia sensui gustus subiciens
vel sic sapor est passio ... aquosi a ...

sube oppositae repugnet liquori
suo non. Simplex sube similem sapo-
rem habet sapori sui liquoris
in coctione apparentis. Sunt
sapores octo: dulcis, unctuosus,
salsus, amarus, acutus, acetosus, pon-
ticus, et abusive sine sapore. Dul-
cis; si purus fuerit dulcis, omni causa
macula acuminis sive viscosita-
tis, temperatior omnibus aliis cibis
nature humane est, quia utilior nutritior est
sanguinem mundificans et qui lavans
nocumentum. Contrarius sensus ventrem
temperate humectans sine labore. Unde
et acceto ei temperata est in digestione
a stomacho vel intestinis egestione naturali
vel venali. Penetrat autem venas
non ex natura sua sed attractione. Si enim mem-
bra corporis dulcedinem non concupi-
erint et si in vita traxerint
non dulcoris ex necessitate appetit in-
testina movere et festinat egredi
ea ex colatione et loca sua. Cum quia
membra semper sibi alliciant quod in nu-
trimentum accipiunt; magis est nutrimen-
tum omnium aliorum saporum. Quod si
substantia sua sit coniuncta et solida;
maior erit membris confortatio sua
quia multo plus moratur et tardius dissol-
vitur. Sicut dulcore suo viscosi-
tate est sicut ... velociter

stomachum exit. Propterea quia cum hoc quod
lotura adest et sibi adest lubricitas.
Quod autem in ad venas penetrant:
dure et tarde necesse est digerantur propter grossi-
ciem et viscositatem suam. Unde et saepe
generatur opilatio porrorum epatis et
splenis et nutriatio et in putredinem
et corruptionem fit. Generatur quoque ex eo
diuturna febris. Sic faciunt et certe
commixtiones dulcedinis composite
sicut ex pasta et melle et oleo, sive
fricta in oleo, sicut fructelli qui sunt
ampli et similia. Quod autem si dulco-
ri utilis insit siccitas; sicut mel apii
habet acutam virtutem ab animalibus illud
generantibus vel portata. Unde et lavativa
et mundificativa et grossae et vis-
cosae humiditatis et colativa. Propterea si
invenerit ventris paratas ad expellen-
das feces ab inferioribus invenerit
et imbecilles praeparando calvos in certa
membra corporis adiuvat expulsi-
vam virtutem in expellendis feci-
bus et fit causa fortis ad solutionem
ventris. Si autem virtutem ventris para-
tam ad dandas calvas ... invenerit
et imbecillem ad expellendas feces ab
inferioribus suis, quia venarum aperit
porros usque ad cibum ut adiuvet
penetrantes ipsum. Delectabilisque humecta-
tes fecum et prohibens est descensum

Unde fit causa ad constipationem ventris.
Mel quoque in hominibus duplices habet
actiones, quia in quibusdam salubre et sa
nitatis custoditivum, quibusdam
vero stipticum et morborum generativum. Qui
autem cibi sunt unctuosi sicut amig
dale et similia habent superabundantiam ut supernata
rent, sicut oleum. Commixti cibi virtu
te ebullitionis ingrossant eos continentes
digerendos. Cumque cibi digeri in
cipiant et pilos stomachi sua unctuosita
te emolescant, cibos lubricant et
eliminant. Et cum cibi illi ad venas
devenerint eas inflant et grossescunt
constringentes desiderium ne aliquid appe
tant. Cibi autem salsi virtutem habent penetrandi
ad venas incisivam mor
sivamque intestinorum; implentes utique
continent expellent velociter. Unde G.
cibaria inquit dulcia et insulsa proprie
tates habent istas, penetrandi
ad venas et velocitatem exeundi ab
intestinis. Et tamen insulsa ad hoc agere
duabus de causis sunt fortiora: vel ex
salsitudine sua et incisione intesti
na mordentibus ad expellendum velocius,
vel quia ob siccitatem saporis et inimi
citie suscipientis corporis, plurimum
sibi iam attrahit. Unde ex multi
tudine sua in intestinis remanentia
ea et gravantia et ut expellant

cognita. Sed cibi dulces non idem sunt
facientes. Membra enim ex delecta
tione sua eos attrahunt plurimum,
et in intestinis remanet non parum in
levium fiunt nec velociter expelluntur. Unde
G. dulcedo inquid pravas facit feces.
Salsitudo multas. Insulsus quia de salsi
tudine sua multa fex coadunatur
in intestinis cum pars non penetret
venas ad nutrienda corporis membra. Ci
bi amari iudicantur sicut salsi in omnibus
actionibus suis. Sed tamen stomacho nimis ex pon
ticitate sua sunt nocencia. Acuta
vero et sunt incisiva sic laxativa.
Unde et G. que modo cibaria acuta
sunt et incisiva virtutibus suis est inclusa
quod et laxativam faciencia ventrem
sunt cum impetu suo non sua voluntate
solvencia. Ideo corporibus non secundum ci
bum tamen sed et medicinam operantur.
acuta tamen illis sunt forciora quam insulsa.
Acetosi cibi viribus suis sunt incisi
sui calefactione. Et tamen actio sua est bi
faria, scilicet in stomacho vel in intestinis
humiditatem grossam acetositas invenit
incidit eam et deponit. Si vero
ventrem siccum humiditate quia reperit
paupertatum, desiccat feces et constipat
ventrem et non dissolvit. Cum hec
actio sua sit utilis. Si autem facit con
acetositas sua sit simplex sine

annutrictione caruit; xxi. Conmix
ta .n. insolitati. sic ex frequentia
tamarindi. pruna semper erit laxatiua
Cibi .n. pontica illis sunt stiptica
humiditatis ingrossatiua et desiccatiua.
et ideo facientes ventris que calor cordis spar
ciandi facit. unde et subtili dietare
volentibus; nocivi sunt. quia appetitus eorum
est confortare stomachum .n.; dimittere alios
cibos et ita illis ventrem constipant. alia
tamen laxatiua sunt accidentaliter. accepti
autem ante cibos alios descendentes ad in
feriora; os stomachi confortant. et induratur
.n.; premittunt cibum crudum. sicque fiunt
causa ad constipandum. Quod si accipi
antur post cibum enatant super os stomachi. et
premitur cum ut torcular quolibet sibi
appositum et citienter inferius habita ve
locitate. unde dissolvunt ventrem. in quo
si stomachi sua in tenendis cibis sit
defecta. et anteriora cibaria fuerint
subtilia sicut herba fenugreci et similia
cocta cum oleo et mogario sicut cardello
rum. et oleo adaptata. sunt .n. anterius
accepta. postquam pontica. adiuvant et
et solutionem ventris confortant. unde
G. de rethore quod dicit. semper
murmuranti sibi quia quam mandu
caret pontica. sicut pira. mala coc
tana solutione solvi sibi ventrem
fortissima. Quod audiens. G.
experimentum ad id aliud inutilitatis rationem
excogitavit. invitans eum semel
ad prandium ut videret quod sepe et quantum
acciperet illa stiptica. percipiens ne quando
de assueta mutaret dieta .n.; fecit.
Cum autem a balneo abscederet bibit aquam
parum sine decoctione herba fenugreci com
edit. sic quidam consuevit ante prandium
post autem bibit parum dulcis vini. sicque co
medit melochiam elixam cum oblomo
garo oleo et pauco vino. deinceps
non accepit pullum columbinum et galli
naceum. et carnem porcinam. bis bibens
vinum. aliquanto post accepit mala stip
tica. atque pira. unde valde dissolvi
cepit et fortius. magnum sibi faci
ens ridiculum de medicis. Hoc autem
conspiciens G. ut altera die secum co
mederet invitavit. ideoque gaudens fecit.
Exeunti a balneo sicut consueverat;
apposuit sibi mala. atque pira in
bus ut illa comederet prima. ita fe
cit. sicque post comedit sicut prius consue
verat. Quod cum fecisset. non solum
solutione caruit; sed et venter
constipatissimus fuit. admiratur igitur et
interrogat unde illud contingeret. G. autem
gbr. cum medio cibaria acciperes stiptica
et stiptica. post ea quam venter sunt molli
tiva. constipationis fuit hoc causa. Item
G. de quodam iuvene quod dicit accipi

scamoneam. et tri. v. horis addi
dissoluendo inducte sunt. deinde mur
murans de stomacho et inflatione uentris con
fortatus ultra modum dolor illi fuit ad
eo ut succederem ei quod inciperet mori;
inclamaret. Ego uero sua constantine
miseria precepi ut mala atque pira
comederet acetosa. et stiptica. que cum
explesset nimia succedente solutio
ne quieuit. Hunc inueni retho
ri illi presentem. et quomodo prius dixeram
recitaui. Dixi ergo rethori. sic et tibi
contingeret si post cibum stiptica comederes.
Causa autem est hec. defectio stomachi inuertimendo
cibum. et superiora eius prius premuntur contenta
facile eiciuntur. Respondit rethor.
bene dixisti stomachum meum debilem. unde
et stiptica post cibum non comedo. nisi
cum stomachus ad uomitum moueatur. Si enim
post prandium mollia comederimus;
sicut molochia. malua. et oblitus mo
gare et oleo cruda sequitur uomitus.
Respondit. G. ad uomitum bene te consului
sti; Res enim mollis quelibet iterum stomachum
soluit. Similiter autem stiptica continet. et stomachum
confortat. Unde nos cum plurimum in stomachi
ore habundet colera ru. acetosa precipimus
comedi et stiptica. os stomachi confortantia
et ab inferioribus humiditatem illam emittere
tenentia. Cibus uero abutitur sicut capre-
sie cucurbita et similia. uelociter

penetrant uenas. sed tamen ad uentrem
constipationes siue solutiones sint me
diocres. cum non acutum habent. neque calli
ginem; sed solutionem faciant. non stiptica
tem; Unde stiptica fierent. Unde si uirtu
tem uentris separatam. ad penetrandos
cibos nimis inuenit. mouetur cucur
bita cum cibis propter suam facilitatem et lu
biditatem et uelocitatem sue mobilita
tis. Quod autem uentris ad expel
lendas feces intus separata fuerit
lubricat feces fitque ei solutionis.
Si autem uentrem in attractione et expul
sione defecerit sunt. ut cibus non pene
trare possit. neque ab inferioribus
feces emitti possint. innatat stomacho et
mutatur in corruptionem. qualis ru
gitu. hec autem est proprietas et actio sua;
cum simplices fuerit cibus non saporosi
et nullo alio sapore commixto sibi.
Si enim consumpti sunt cum uiscosis. sicut
colocanne malue. molachie; ad
quirunt uirtutem lubricantem et stomachum
mollientem. Unde et hec cibaria facilius
exeunt quam alia non saporata. propter lubrici
tatem et uiscositates suas. maxime
si post accepta; ambulent suscipi
entes ea per loca decliuia. in terra
harenosa uel puluerea. Commoti
enim exeunt uelocius. quam si quies
cant. Digeruntur quoque decoctio melius

Cibus sine sapore

i. q[uod] [illegible] uiscosa

molochia id est malua agrestis

i. simplicia insipida

expulsio fit in motu

Ro.

q̄ ambulatio. Cibi uero hanc naturam
habentes non in complexionibus sed in effectibus
sunt dulce uinum. mora. poma cocthana.
persica si sint dulcia. Item melones
sed tamen alterius diuersitatis propter pruna sunt co
lationem saporiores non sunt aliud nisi
carentes amaritudine et acuitate. unde
et cutes mundificantur in locis. Si tamen non
omnia sapora nec odorifera. in principio
uel quae dulcia et uiscosa mediocriter stipti
ca sunt et solubilia mediocriter. sicut
dixi de cucurbita. et similiter sunt sue
actiones. ut si statim preparatum inue
niant ad penetrandum calidas intra
uenas: cito dissoluantur et ut ad hoc
faciendum stomachus adiuuetur. Quod si prepa
ratus uentris sit in fecibus eiciendis:
lubricant cito dissoluendo. unde
sequitur solutio uentris. Quod si ad
uenarum sit defectus et innatant stomacho
et morantur et in corruptionem mu
tantur. Unde ad soluendum uentrem haec
accepta: non nocent. si sit subtilis uel
feces liquide. si autem non grossa et feces
dure fuerint: acetosa melius inueniuntur
competere. nam sunt acetosa sed et salsa et
acuta. et amara. unde .G. actiones ace
tosorum in subtiliando grossis humori
bus: actionibus acutorum uicinantur. Dif
ferunt tamen quia acuta subtiliant et
calefaciunt. acetosa subtiliant et

refrigerant. Oportet quod acuta aut
cum non grossa sit et sunt acetosa. cum grossa
sit et salsa. Quorum dulcorum si partes
acetosi commiscentur: mixta uocantur. Ac
tiones autem eorum inter laxatiua et stiptica
mediocres sunt. sed tamen huius sunt propria
uentositas et inflatio plus quam ceteris que
inueniuntur in sapora propter abundantiam aquose
humiditatis eorum. et si unctuosa sunt uen
tositatem et inflationem facientia. Sun
t non longe huius sunt dulcia. propter pruna humi
ditates suas et mediocritatem eius humidi
et sicca. Qui autem cibi ex duobus compositi
sunt contrariis ut substantia sua liquori suo
sit contraria. ueluti si uero substantia terrestris
sit et stiptica. liquor uero acutus et subti
lis ut poree uini in sinapibus et caulibus
et terre nascentibus et similiter in quibusdam
uolatilibus: quorum ambarum substantia uero
stiptica et addigendum dura. Jura uero
coquuntur acuta sunt et subtiliata et
addigendum uelociora. Unde si hi cum
iuribus suis accipiantur insimul in
ra sua acuitate et subtilitate querunt
exitus: substantie uero obuiant illorum sua
duritie. Unde et inter ipsa generantur
repugnantie a maiorum stomachorum dolor.
torsiones. inflationes. uentositates causa
Jura ibi clausa faciens si. Quod si
uero uentrem ad deponendum preparata sunt:
Jura confortantur et tamen uiolentia:

descendunt velociter. sicque quiescit in
fundo. Si non vincit ventris separatur
constipationem et confortantur ille et vincen
tes scilicet augmentantur dolores. dum con
stipantes in intestinis immorantur
Possunt in quibusdam stiptice et
inutiles in quibusdam non inveniuntur
laxative. Verbi gratia virtute ventris appe
~~titiva~~ tamen colonum inveniunt, adiuvat
eam et venter cito solvitur. Si non aliter contra
Accepimus quod horum quibus coquit anima et pri
aqua prieta; in altera coquatur ut per
dito suo acumine in aqua traducatur et est
sic constipatio non sua careat utilitate
Mel autem calidum est quod in quibusdam humidis et
laxativum sanitatis est custoditivum. In
aliis vero non sic. Sed potius constipativum et
morborum generativum. Calidum quemenus ni-
est nimis suscipientium vel corporum omnis
ni cibi non augmentat sui similitudi
nem et confortat. dissimile sibi minuit
immo destruit. Mel autem in natura sui calidum
est et siccum. Calorem ergo et siccitatem
suscipiens calidi et sicci necesse est augmentat
ut suas compleat actiones. frigiditatem ergo
et humiditatem frigidi et humidi hominis extenuat
minuit. Colera autem rubea calida est et sicca.
Si ergo colerice mel comedant, mel nocivum
est quod suum sit in eo faciat. Confor
tat enim coleram et augmentat. Si ergo coleri
co calor et siccitas dominetur mel suscep

tum vertunt augmentans mo
rsam rubeam traducitur etiam universaliter sicque
fex desiccatur et venter constipatur. In in
testinis invenit autem mordentem
quod mel acumine suo mordens excitat
et in colonis fit actualis eam que expulsiva
virtus fit intestinis. Dum vero mel flaticas (?)
accipiat est complexionis frigidus et humiditas
dominatur; calefit eius complexio et superfluitas
humiditatis desiccatur sicque natura eius ad me
diocritatem temperamenti revocatur et
eam fit conservande et custodiende sanita
tis maxime secundum suo humiditatem adiuva
tam invenit. quia eam lavat et intestina
mundificat. eam movens ad ciborum
feces expellendas adiuvans virtutem
expulsivam ad ventrem colonem. Verbi gratia
cum quidam de ore suo flemmaticus et
intendit fleuma coadunatum in ore suo
precepit ei sibi sicla et porros elixos
coquere et cum sinapi manducare. Qui
cum fecisset incideruntur fleumata acumibus suis
tepimentes nimias feces ad inferiora
Igitur ille per paucos dies sic fecit de
usque ad fastidium de ciborum acuti
et nunquam in ore suo morbum sensit. Arbi
tratur autem est hec accentia [illegible]. Ga.
curatis sicla et manducantes sicla
cum sinapi sic aliena; tempore curandi ac
cencia succedentia. Hec enim fuerunt
eam in confortanda et augmentanda ardentis

Nota quod mel aperit [illegible]

Nota quod similia augmentant similia contraria destruunt

mordicatiua sit. palam quod est intelligi
similia acutis confortant et augmen
tant dissimilia vero e contrario destruunt.

Expleto quoniam utentes ciba
riorum per experimentum investigantur
quomodo per rationem eligenda sunt. Dicen
dum quibus non intelligentibus non nisi solum experi
mentis debet perfici. Cibaria quidem sim
rationem se secernuntur tribus. ex sa
poribus vel ex odore vel ex accidentibus eorum
complexionibus. Complexiones intellige soliditatem
gravitatem raritatem levitatem
densitatem; qualitatem humorum ab eis
genitorum. uiscositatem subtilitatem lenitatem
grossitiem velocitatem seu tarditatem digestionis.
Omne autem cibarium duobus modis dividitur
aut enim sensui est passibile aut nil
sensui mutat. Nichil autem differens
duplex dividitur aut enim corpus eius est compo
situm sicut albugo oui et similia aut
simplex sicut aqua et cetera alia. Quod si
corpus sit compositum; equalitatem abar
situm sicut faciendum quod sit calidum
et frigidum. Unde et ipsa albugo mediocri
tatem quandam habet. sed cum patiatur frigiditati at
tinet. Passiones insensitiue similiter
ter diuise sunt per grossitudinem liquoris
et rarei et subtilitatem et aliquam mediocri
tatem. Si enim liquores et rarei sunt
et grossi. non rei tamen est et deliciati
et frigida et sicca. sicut tutia emati

tes. cuscuta et similia. Si autem liquores
subtiles sint et aerei; natura eorum erit
unctuosa inter qualitates vero me
diocris. sicut oleum quod vocatur omfaci
num. quod si liquores inter subtile et grossum
mediocres sint. fiet et res inter sub
grossum et molle mediocris et vocabitur
... et similia. sicut albugo oui et re
cens caseus. Alii et alii dividunt sin
motum suum in quibus extremitatum. Si
enim interior est grossitudinis res
uiscosa et lenta erit. sicut dragagantum et
amidum. Si subtilis attinuerit res mol
litiua erit. sicut liquiricia et ca
ro pinguis. Nulla vero inhe
rentes sensui gustus passionem res
simplices sunt. nisi quod sensum
sunt compositi cum sint simplices non
res sensus compositi sunt; quod compositi
sensus enim compositi sunt simplicia vero
non sicut in compositis quod composita corpo
ris. Omnis enim actio vel operatio
non in his quorum similitudines sunt in po
testate qualitatum ut eas exhibeant in
actu. neque patitur non sit. i. non recipit non
quas habet ipsa per se qualitates. Sim
plex autem sapor neque facit neque actu
per se in composito. Et iccirco neque sensus
eum recipit neque cum mutatur sic mu
tatur cum composita; quod et sapor alia. Unde panis
minus plus refrigerat et extinguit sitim quam aqua.

⁊ si aqua naturalis sit frigidior quam plum-
bum quia simplex est aqua. Ideo antiqui
philosophi dixerunt quod elementa non nutriunt cor-
pus membris assimilata. Aer non cum medio-
tate terre nascentium ⁊ sanguis. Elementa
uero tenuitate sui ad terre nascentia
mutantur in ea ⁊ assimilantur eis. Terre nascen-
tia uero ex affinitate sui ad sanguinem
assimilantur ⁊ mutantur in eundem. Sanguis
uero quia membris animalium uicinatur assimila-
tur ⁊ in ea mutatur ⁊ ex ipso uero confortan-
tur ⁊ reguntur. Constat ergo quod elementa a nutri-
mentis corporis sunt remotiora quoniam sunt
simplicia non saporata. Unde ⁊ eodem recipi-
unt saporem in eis apparentem sicut
colorem non habentia omnem colorem sunt
recipientia. Ideo cristalloidos humor
colorem non habet. Lingua quoque saporem non habet
quia si haberet nullum alium reciperet sa-
porem uel saltem alium repugnantem non reciperet
uel si eum alium reciperet non certitudinaliter
ipsum iudicaret. Testantur hi quibus colera in-
dominatur sentiunt enim omnem saporem amari-
tudini uicinantem. Quibus flegma causa
principatur omnis sapor sunt salsitudini
uicinantur. Ideo aqua omnem recipit sapo-
rem omnemque colorem nullum tamen dans co-
lorem uel saporem sed propter affinitatem uicinitatis cum
dominatur suscipientibus quia dissoluit con-
positionem eorum ⁊ reducit in simplicita-
tes. Nonne uero uidemus aquam commixtam

dulcedinum minorare dulcedinem
suam ⁊ si horribili amaricatur sapore sic-
ut de aceti acumine ea debilitantur
⁊ minuuntur. Ideo ergo elementa sunt sensuum pas-
sionem excellentia consensus sunt composita ⁊
non simplicia. Passiones sensuum
sensibiles sunt duobus modis aut uero
delectationem aut faciunt quandam hor-
ribilitatem. Delectationem infert cum
uirtute mollitiua lauatiua consolati-
ua mundificatiua. nocumentorum sensuum quamuis
scilicet fluxe congelatorum sicut in dulcedine
uidemus mundificantem mollificantem
lauantem quoque asperitatem lingue. ergo dulce-
dine ex sucosa unctuositate. Unde sensus
gustus uidemus delectantem in dulco-
ribus ⁊ adquiescentem in eis. sic tactus
temperate tepiditati id est propter similitudinem sui
ad calorem humane complexionis. Complexio uero
humana calida est temperate ⁊ humida. Omnis
uel gustus delectationem facientia tempera-
te calida sunt ⁊ humida. dulcedo ergo tempera-
te calida est ⁊ humida. Infirmantes autem horro-
rem operantur cum uirtute sensus pestilentia
iuncturarum corporis separata. hec autem aut
corporis faciunt corrugationem aut
sui nimiam dissolutionem. Adunatio
uero modo excedens lingue adunat
partes uiscosas alteras alteri adeo ut
separet uincturas ⁊ dissoluat sin-
gulas. Unde est siccitas magis sicut ...

Margin notes: i. ferre consolatiuum — cristallinus humor — i. in cibo dulci — i. constrictionem aut partium — i. corporis — comp. — ferre scilicet desperationem uel mediocritatem

Gradu

gradu sit actionem siue actionum
actiuis assimilat. Separatio enim cum uirtute
incisiua dissoluente iuncturas
et separante. fit enim hec actio duobus modis.
aut enim separat et calefacit sicut acu
mina amaritudo. salsum. aut separat
sine calefactione sicut acetositas. Ci
bariorum que dulcorantur sapores propter
suarum complexionum diuersitates et propter
diuersas actiones qualitatum effici
entium i. caloris et frigiditatis in qualita
tibus patientibus i. siccitate et humidi
tate. Quandoque inuenimus calorem in
humiditate et siccitate efficientem ut
dulcem generet saporem in eis. Testantur
autem hii qui dulcorantur sapores propter dul
citatem suarum causarum esse et nullum dul
cem saporem inueniri nisi unum aequalium humidum.
Aliud terrestre et siccum. Sub quo fructus
minutos inuenimus humidos et aquosos
sicut cucumeres et melones et similia.
aut terrestres et siccos sicut glandes.
Malagranata malapunica et similia
cum tamen antiquiora fiant et de terre
sicca et humiditate aque subtilitatem aeris
in se recipiant. et calores ipsius
ea interius excoquunt. calor enim aeris ex
terius dilatat et augmentat et terres
tria mollificat. et humiditates con
gunt. et in dulcia uel traducuntur

secundum diuersas naturas eorum. Vnde consti
tuuntur et quantitates et qualitates calo
rum et frigiditatum eorum. vnde nascuntur
et qualitates ciborum humiditatum suarum igne
ae. subtilitate mediocritate. Propter mu
tationes fructuum dulce sunt quedam
non a ponticitate mutantur in dulce
dinem sine mediatore alio sapore sicut
dactili et similia. Dactili enim mutantur
a ponticitate in dulcedinem sine media
tore. Quidam alii non sunt sicut uue quando
ponticitatem suam mutant in dulce
dinem sine acetositate mediante.
Multa sine mediatore ... sunt
mollis. aut enim mutantur in dulce
dinem et durant sicut prius permanent
sicut castanee et similia. aut dum mutan
tur sapore sicut pira. malagranata et
similia. Causa eorum quia ponticitas contra
terrestris sit. frigida et sicca. non necesse
mutari in qualitatibus repugnantibus
sicut complexio i. calore et humiditate
Sed cum alii mutantur ex actione caloris
solius. et alii ex humiditatis dilatatione
et sua multitudine. et alii ex actione
caloris et multe humiditatis. Itaque
arbitreris me dicere ex actione solius
caloris et humiditatis solius multitudine;
ac sicut prius in aliis fructibus de ponti
citate in alium saporem se mutare

sit humiditate cum nutriente et ca-
lore nutrimentum cognante. Cum tamen
calore in quibusdam videmus debilissimum
et parvissimum sicut in papaveris psilio
et similibus. aut fortissimum sicut in pipere
et in aliis mediocrem sicut nucis. ficu-
bus et similibus. Debilissimum in calore
dicimus multum esse in solo calore esse cum
multa et sola humiditate multum in calore et
Temperamentum vero in calore dicimus
mediocrem in actione virtutis caloris
et multitudine humiditatis. ut in his que iam dicta.
Cum enim in quibusdam nascentibus
multam videmus humiditatem sicut cucumeribus et
melonibus. in quibusdam vero parvam sicut in
castaneis et glandibus et in aliis mo-
deratam sicut in malagranatis coctanis.
vero multa est humiditas sola dicitur humiditas vero non parva;
solus calor dicitur vero mediocris; moderatum
vero esse dicitur. Quod cum ita sit. nunc quomodo
hic fiat dicitur. Cum in quibus fructus a sua pon-
ticitate mutentur per solis calorem,
permaneat; coctis dicitur sicut ficus per putatem
sue humiditatis. et in illa humiditate mutatur in ca-
porositatem per actionem caloris sicut
videmus in castaneis. Cum autem sua pon-
ticitate mutatur per multitudinem
humiditatis; tres sapores generantur. unus est
ponticus alius parum ponticus tertius acetosus
humiores enim nascentia nutrientes;

extincta tribus dividuntur modis.
aut enim grossius existens aut subtilius;
in quibusdam aquosius et in quibusdam gra-
ri. aut viscosius mediocris. inter
grossum et subtile. Cum autem humiditas existens
et grossa; permanet dicitur subtiliter sue et
sua ponticitas sicut fiat. sicut galla. et
sumac. et similia. Cum autem humiditas est viscosa
mediocris grossi et subtile mediocris; sua
aliquantulum emollitur et ponticitas mi-
noratur et quandoque glans efficitur. Si autem humiditas
subtilis sit. illi actioni obedit. et e-
mollita in acetosum fit mutabi-
lis tamen si humiditas mollis fit. aut enim fit cum
subtilitate liquidissima. unde et tamen
tum fit in ponticitatis et fit res stip-
tica sicut coctana mala. et similia. autem
cum subtilitate aerea. unde et cum subtilita-
te caloris vincitur ponticitas. fit a-
res viscosa. et parum acuta. unde et ca-
porosior est. et ventris mollitiva. sicut
oxifenicia. prima. et similia. quoniam acetosi-
tas fit subtilior et propter penetrabilior.
humores enim sui subtilissimi sunt et a po-
ros penetrant. et in actione similis
est virtus qualis est extensus stiptica si
non sit. cum humores sui grossi sint et
viscosi atque existentibus vincuntur poros
non penetrant. actiones quam sue fortiores
sunt in exterioribus quam interioribus et tamen

res acetosa subtilior est et penetra
bilior re stiptica quia humores eius sub
tiliores sunt et liquidissimi. Similiter et
stiptica subtiliora sunt et pontica sunt
penetrabiliora et subtiliora. humores namque
stipticorum inter subtiles et grossos sunt me
diocres. ponticorum autem terrestres et grossi
sunt. actiones eorum non penetrant quia
mutantes corpus. Si autem ponticitas
mutatur per fortem calorem et multam
humiditatem. v. sapores conficiuntur. id est dul
cor. unctuositas. salsitas. amaritu
do. acuitas. Causa eorum fortitudo et ca
loris vel debilitas seu mediocritas.
Multitudo quoque humiditatis vel paucitas grossi
cies seu subtilitas vel inter utrumque et
paucum et grossum et subtile mediocritas;
Si enim calor est mediocris et temperatus et humiditas
similiter complet enim actionem suam in fructibus
et perficit et temperat eas. actio digerit atque
in dulcedinem mutat. Sed tamen duobus
modis aut cum mediante alio sapo
re aut non mediante eo est; quia si humo
res viscosi sunt et grossi; cito coa
gulantur. et sine mediatore in dul
cedinem mutantur sicut videmus in aich
l. musa. et ficubus et similibus. Si autem
humores subtiles sunt et liquidissimi
coctiones eorum diu commorantur
et autem in acetositatem mutantur. Spiritati

uero in dulcedinem traducuntur
sicut videmus in uuis. cotoniis. prunis.
amoniatis et similibus. Vinum et acetum mu
tantur sicut viscosiores sunt uuis et grossi
ores. Postmodum autem sic mutati ex hiis que sunt
extrinsecus. Si enim quamquam sicci accipiuntur et
sole excoquuntur. Si sicci subtilissimi
sunt et liquidissimi; attenuentur ob grossi
ciem et viscositatem; coagulationes eorum re
tardantur et in acetositatem mutantur.
Si autem grossi et viscosi velociter coagu
lantur et dulcorantur. Si autem calor su
perabundat excellentur, et sicut licet deue
nit. humores autem subtiles sunt et acrem
mutantur res in unctuositatem sicut
amigdala. nuces. et similia. Si autem humo
res pauci sunt. et inter grossum et subtile
mediocres. calor autem in eas quantitate
te fuit. mutantur res in salsedinem
unde omnes res salsa terrestres calide et sicce
in secundo gradu sunt. Si autem calor hic mo
dum excesserit. et in tertium gradum deuenerit. et
humores pauci et grossi et terrestres sunt;
mutantur res in amaritudinem unde et
omnia amara calida et sicca in tertio gradu sunt. et
terrestria. Quod si calor ad quartum gradum
deuenerit. et humores subtilissimi sunt
res mutantur in nimium calorem
igneum et sapor fit acutus. Quare omnia
acuta calida et sicca in quarto gradu sunt. Pala

Quod omnes res salsa calida et sicca in secundo gradu

amara calida sunt et sicca

acuta calida in iiii gradu

in fine [illegible]

quia est medium inter amara et salsa dul-
cia et unctuosa sunt calidiora. Acuta
autem calidiora et fortiora sunt ceteris ca-
